



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

CVI. Ordini Fratrum Prædicatorum privilegium conceditur, ut sæcularibus  
adolescentibus, Theologicæ facultati in eorum Studiis, Scholis, Gymnasiis,  
& Collegiis triennalem operam dantibus, lauream ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

porum & Regularium præpositorum, emanatis, & successive per quasdam felicis recordationis Clementis PP. X. Prædecessoris Nostri desuper in simili forma Brevis die 30. Augusti 1670, bo. me. Giberto S. R. E. Cardinali Borromeo nunçupato, dum vixit, dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectori, facultas illa confirmandi tributa fuerat, nihilominus factis diligenter in Regestris & Archivo ejusdem Ordinis, Decretum præfatum repertum minime fuit. Porro præfatus Vincentius Minister Generalis prævidens, quod aliqui ex Studentibus ob prohibitionem, quam ipsi habent, Verbum Dei prædicandi in Quadragesima, a studiis retraherentur; ad occurrentum ergo huic verisimili inordinationi aliud pariter Decretum a Dñfitorio Generali Amissi 1707. factum, quod est in ordine Sextum, per quod tringita annorum ætas præscribitur pro approbandis iis, quibus licentia prædicandi concedi debet, minime tamen comprehensis in Sacra Theologia Magistris: reservata pro tempore existenti Ministro Generali prædicti Ordinis facultate dispensandi pro duobus annis ad summum ad effectum præmissum super ætate prædicta, etiam per Nos confirmari plurimum cupit: Et quia de numero Juvenum, qui ad Habitum admittuntur, non omnes Studiorum Theologia Scholasticae capaces sunt, ad hoc ut durante eorum professo tempus speculationibus Scholasticis operam navingo inutiliter terant: Ipse Vincentius Minister Generalis valde proficuum existimat, ut in qualibet Provincia unus aut duo Conventus juxta maiorem vel minorem Provinciarum extensionem deputarentur vel deputarentur, in quo seu quibus jam Seminaria erecta reperirentur, ibique prædicti Juvenes pro eisdem studiis scholasticis inhabiles colloca rentur, ut Theologia Morali sub direktione unius Lectoris vacarent, eique ejusmodi lectura pro paternitate Provincia, dummodo illam laudabiliter per quindecim annos exerceret, vel alii, qui uno tantum triennio eamdem Theologiam Moralem prælegerent, pro tertia clasfe respective suffragari posset & deberet; ac tandem pro complemento requisiitorum pro Paterinitate prædicta illis, qui post lecturam tertiam, secundam, & primam classi Collegium consequi nequirent, eam exercendo per totum illud tempus, quod pro complemento quidecim eis deeset, hac tamen conditione, quod lectores Theologiae Moralis eorumdem Seminariorium lectiones in scriptis tradant omnibus illis diebus & temporibus, quibus alii Regentes illas facere, & ipsi etiam pro circulo conferentias tribus diebus in hebdomada habere teneantur, & saltem Præter Juvenes, qui in illis Seminariis collocandi essent, duos aut tres alios Religiosos habeant, quibus etiam dicta lectio Moralis tradenda est. Nobis propterea idem Vincentius Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Vincentii Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensio nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censibus, & peenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi suppli cationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui in præmissis dilectum pariter filium modernum Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis audiverunt, consilio, Decretum quidem Definitorii Generalis anni 1668. quo ad solas Regentias Mediolani, Florentiae, & Januæ; Alterum vero Decretum anni 1707. cum restriccio-

ne facultatis pro tempore existentis Ministri Generalis dispensandi ad duos annos tantum, au toritate Apostolica tenore præsentium appro bamus & confirmamus; illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus; ac de mun juxta petita, quoad unum dumtaxat Con ventum in qualibet Provincia, ubi existunt Seminaria, auctoritate & tenore prædicti indulgemos; Salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes, eadem præfentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suofacientes plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter ob servari; sive in præmissis per quoscumque Ju dicis ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igno ranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, Con ventuum, & Ordinis prædicatorum, etiam jura mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum inferris habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effec tum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscum que.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumpsis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis, aut Procuratoris Generalis, vel Secretarii ejusdem Ordinis pro tempore existentis munitionis, eadem prorsus fides in judicio & extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoriis die 12. Augosti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Præsentium  
literarum fir mitas.

Obstantium  
derogatio.

Fides Tran sumptorum.

## C VI.

Ordini Fratrum Prædicatorum privilegium conce ditur, ut secularibus adolescentibus, Theologiæ facultati in eorum Studiis, Scholis, Gymna siis & Collegiis triennalem operam dantibus, lauream Doctoratus seu Magisterii & Gradus in Sacra Theologia, iis pares conferre possit, qui in publicis Studiorum Universitatibus solemnis cære monia conferuntur.

CLEMENS EPISCOPUS,  
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.

Dat. die 28.  
Aug. 1733.  
Pont. An. IV.

§. 1. Verbo Dei Scripto & Tradito innixam scientiam, res divinas, & mores, christiano homine dignos, ad rectam Ecclesiam Ministro rum institutionem, & salutem animarum, folide pertractantem, ejusque Doctores ac Magistros pietate venerabiles commendari tunc maxime con venit, quum ingruente falsorum dogmatum illuvie Fides catholica, & Christiani mores, supræmæ curæ nostra commissi, periclitantur; Quo loco prædecessores Nostri Romani Pontifices Sanctum Christi Confessorem Thomam Aquinatem Ordinis Prædicatorum, & Ecclesiae Docto-

Summorum  
Pontif. lau des erga S.  
Thomam A.  
quinate,  
Ecclesie Do-  
ctorum.

rem, honoris causa Angelici cognomento appellatum, semper habuerunt; eum propterea justi-landibus in suis diplomaticis prosequuti: & præsertim Alexander IV. qui Thomam adhuc vi-ventem per Dei gratiam thesaurum literalis scien-tiæ adeptum pronunciavit: inque ejus vestigia subinde incurentes alii Romani Pontifices sub-sequuti, Joannes XXII. Clemens VI. Urbanus V. Nicolaus V. Pius IV. & Beatus Pius V. Xy-stus V. Clemens VIII. Paulus V. Alexander VII. Innocentius XII. & Benedictus XIII. Qui omnes uno cum ore adprobantes in Sacris Ec-clesiarum factis juxta ac magnos Ecclesiarum Docto-res, Gregorium, Ambrosum, Augustinum, & Hieronymum, Thomam quoque, ut vita probata, & sanctioris Theologiarum scientia vene-rabilem, miraque eruditione Ecclesiam Dei clarificantem, ac sancta operatione fecundantem, coli voluerunt.

Concessio  
privilegii  
concedendi  
lauream Do-  
ctoratus &c.

§. 2. Itaque tanti Viri doctrinam, in Conci-liosis etiam oecumenicis celebratam, debitis præco-niis Reipublicæ causa Nos quoque ornare cu-pientes, quam dilectus noster in Christo, ac frarum germani filius Nercens Sanctæ Romanae Ec-clesie Diaconus Cardinalis Sancti Hadriani, Corsinus nuncupatus, necnon æque dilecti Ordinis Fratrum Prædicatorum Protector, flagi-tantibus ejusdem Ordinis Fratribus Magistro & Procuratore Generalibus, Thoma Ripollio & Guillermo Molo, submissas preces nobis obtulerit, ut præcipuo quodam & speciali modo ejus-dem Sancti Viri Doctrinam, in Gymnasio Ordini-sis eorumdem Fratrum Prædicatorum non unis regularibus, sed etiam externis secularibus Alumnis, illuc ad eam perdiscendam confluen-tibus, tradi solitam, pro nostra erga Beatum Thomam devotione, totumque Ordinem de Ecclesia præclare meritum singulari benevolen-tia, ornare dignaremur, ut adolescentes, ali-quo veluti præmio animati, ad Beati Thomæ doctrinam cum Dei gratia intellectu conspicien-dam, alacrius incumberent; quandoquidem nullum in iisdem Gymnasiis præmium, nulla ipsi expedita via pateat ad eas Ecclesiarum digni-tates consequendas, que in Sacra Pagina doctrina lauream, quam vocant licentiam vel gradum, publice aedipis, alias de more con-ferriri debent; Nos hujusmodi precibus, pie-tate ac justitia subinxis, annuere volentes, ad amplificandum sub tanto Magistro proba-in-corruptaque doctrinæ studium inter juvenes, divino famulatu per sacraiores disciplinas ad-dictos, Motu proprio, ex certa scientia, & mera voluntate nostra, deque Apostolica pos-testatis plenitudine, in quibuscumque Gymna-siis, Scholis, Studiis, & Collegiis Ordinis Fra-trum Prædicatorum, extra ceteras Studiorum generalium Universitates erectis vel erigendis, concedi, extendi, & prorogari volumus ac de-cernimus pro externis quibuscumque seculari-bus, in iisdem Gymnasiis Theologicæ faculta-ti, toto triennio absolutam, operam dantibus, omnia & singula Apostolica privilegia, ab Antecessoribus Nostris Romanis Pontificibus con-cessa, juxta consuetudinem & methodum præ-criptam vel præscribendam ab eodem Generali Ordinis Prædicatorum Magistro, ut post præmisum diligens probationis examen lau-ream Doctoralis seu Magistralis, Præsentatura, Licensia, Baccalaureatus, atque alii Gradus con-fueti in Sacra Theologia libere & licite conferantur: quos quidem Gradus iis pares esse volumus, qui in hoc nostro Archigymna-sio & Academia, Romana Sapientia nuncupato, quibuscumque Scholaribus solemni ceremonia conserui solent: Idemque hoc privilegium om-nino valere statuimus in quibuscumque insignioribus Civitatibus & Locis, in quibus sacerdotes Theologiarum facultati operam daturi,

Scholas Ordinis Fratrum Prædicatorum frequen-tare permittuntur, five pauperes five etiam di-vites sint, quos Universitatum Officiales ad Gra-dus promovere fortasse recusaverint; etiam si alias in iisdem locis publicæ hujusmodi & ordi-nariae studiorum Universitates eis pateant, ita ut postquam iidem seculares & externi ju-venes, sine præjudicio quorūcumque iurium ip-sis Universitatibus de more perfolvendorum, a qua solutione divites eximi non debent, ad jamdictos Gradus solemni cœremonia probati ac promoti fuerint, de eadem re ac facul-tate prælegere, disputare, ac alios quoquacumque actus ad id necessarios ubique facere pos-sint: omnibusque & singulis privilegiis, prærogatiis, immunitatibus, exemptionibus, li-bertatibus, præcedentiis, favoribus, gratiis, & indultis uti, potiri, & gaudere possint, qui bus alii prævio diligent examine in studiorum generalium Universitatibus juxta earundem le-ges, ordinationes, usus, ritus & mores, de-jure vel consuetudine, aut alias quomodocum-que utuntur, potiuntur, & gaudent, in omnibus & per omnia, nullo prorsus discrimine, ac si Gradus suos in publicis Universitatibus, & non alibi, accepissent, hac una in re, si, & quatenus unquam fortasse opus esset, propterea deroga-ntes Constitutioni nostræ, pridem editæ, quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

§. 3. Præsentes quoque literas, & in eis contenta & expressa quæcumque, nullo un-quam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, etiam ex eo, quod causæ, propter quas illæ emanarint, coram Nobis vel alibi adductæ, verificata & justificata, ac quicunque in præ-missis & circa ea interesse quomodolibet ha-bentes seu habere prætententes, ad id vocati & auditii non fuerint, & consensum suum ei-dem non præstiterint, aut quovis alio quantumvis substanciali defectu, fortasse laborarent: sive etiam ex eo, quod in eis solemnitas, ac quavis alia, servanda & adimplenda, ser-va-ta & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite vel causa etiam quantumvis legitima, justa & privilegiata, quoque ad id exprimenda esset, expressa non fuerit, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controver-siam vocari, ad viam & terminos juris reduci, aut in illas quocumque juris vel facti reme-dium, aut ortis aperito impetrari: neque illas sub quibusvis similium vel dissimilium gratia-rum revocationibus, suspensionibus, limitatio-nibus, derogationibus, aut aliis contrariis dis-positionibus comprehendendi possint; sed semper exequi debeant, & quotiescumque emanaverint, tories in pristinum & validissimum statum re-situtas, repositas, & plenarie integratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum Magis-trum ac Procuratorem Generales, pro tem-po-re existentes, quandcumque eligenda, con-cessas validas & efficaces fore & esse; suoque plenarios & integros effectus in omnibus & per omnia sortiri & obtinere, dictisque Fra-tribus ac Secularibus apud eos, ut prædi-citur, Theologicæ facultati triennalem operam dantibus, & ad Gradus hujusmodi, ut præfer-tur, promovendis: aliisque, ad quos nunc spe-cket, & im posterum quomodolibet spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari volumus. Sicque & non alias per quocumque Judices ordinarios vel delegatos, quavis au-toritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apolocli Auditores, ac prædicti Ordinis Prædicatorum pro tempore existentem Protec-torem, aliosque Sanctæ Romanae Ecclesie Ca-dinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, &

Sedis  
Claufula  
hanc Conf.  
praeservan-  
tes.

ANNO  
1733.

CLEMENS DUODECIMUS.

291 ANNO

1733.

Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis & eorum cuilibet quavis alter judicandi, definiendi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, definiiri, & interpretari debere: & quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

¶. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, una de non concedendis gratiis ad instar; & altera, Nostris & Cancellariae Apostolicæ Regulis de jure quæsto non tollendo: ac etiam in Syndicalibus, Provincialibus, Generalibus, Universaliibus Conciliis, editis vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis quibusvis personis, alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis earumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio seu quævis alia expressio habenda foret, earum tenores eisdem præsentibus etiam pro plene & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robre permanens, latissime & plenissime, ac specialiter & expresse, motu, scientia, & porestatim plenitudine similibus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

¶. 5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumptis, etiam impressis, alicuius in Dignitate Ecclesiastica constituta persona sigillo, & Notarii manu obsignatis, vel etiam, saltem extra Italianam, sigillo & subscriptione Magistri Ordinis, aut Provincialium ejusdem Ordinis pro tempore munitis, eadem profus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibita vel ostensa.

¶. 6. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostræ concessionis, extensionis, prorogationis, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei aisu temerario contrarie; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit in ursum.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septuagesimo trigesimo tertio, quinto Kalendas Septembris, Pontificatus Nostræ Anno quarto.

A. Card. Pro Datarius.

F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia I. Archiep. Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi.

D. Stivanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

CVII.

Confirmatur, & extenditur Breve Gregorii XV. super Jurisdictione Regiminis Bononien. super Universitatibus Artium ejusdem Civitatis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. die II.  
Sept. 1733.  
Pont. An. IV.

Exordium.

¶Aeterna, quam de nostris, & S. R. E. etiam quoad temporalia, subditis, gerimus, cura Nos urget atque impellit, ut, eorum utilitatijogi vigilantia studentes ea, quæ a Romanis Pontificibus Præcessoribus Nostris pro felici prosperoque artium Status nostri Ecclesiastici directione provide constituta atque ordinata esse noscuntur, quo firma semper & inviolabilia persistant, Apostolici

muniminis nostri præsidio libenter constabiliamus, aliasque sollicitudinis nostra partes desuper interponamus, sicuti salubriter expedire in Domino arbitramur.

¶. 1. Dudum sionidem emanarunt a se. re. Gregorio PP. XV. Prædecessore Nostro circa Societas, five Collegia, & Universitates Artium Civitatis nostræ, tunc suæ, Bononien. literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet:

GREGORIUS P. XV.

Ad futuram rei memoriam.

Cum in Civitate nostra Bononien. ad Vexilliferum justitia una cum Senatu spectet & pertineat, statuta ac provisiones & ordinationes Societatum five Collegiorum Universitatum Artium civitatis Bononiae admittere, reformare, & corriger cum participatione pro tempore existentis in dicta Civitate Sedis Apostolicæ de Latere Legati, seu eius Vicelegati, vel Gubernatoris, pro bono pacis & quietis hominum prædictarum Societatum, & prout temporum & personarum qualitas & natura exiget, Motu proprio, & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, eundem Vexilliferum, utpote de omnibus gubernium & administrationem ipsarum Societatum concernentibus plene informatum, & tamquam eorum Judicem ordinarium, juxta solitum omnes & quacumque causas, lites, & differentias, ac querelas inter Societatem & Artium prædictarum homines, aut Officiales vel Subditos, aut etiam inter ipsas Societas & Artes, quandocumque & ex quacumque causa earumdem Societatum occasione nasciaturas, pro sublevandis ipsis Societibus & eaurum hominibus a molestiis ac dispendiis Sententiariis, Procuratorum, & Scripturarum expensis, cognoscere, decidere, ac summarie simplificiter, ac sola facti veritate inspecta terminare: aliosque judicantes in Civitate Bononiæ, quacumque præfulgent dignitate ac facultate ordinaria vel delegata, nullo modo & prætextu contraventionis statutorum, vel provisionum, vel exemptionis præiarum propreca incur sarum, in causis prædictis se introvittere posse: & quidquid per eundem Vexilliferum cum auctoritate Superiorum prædictorum pro tempore, decre tum, statutum, & ordinatum, ac reformatum fuerit circa prædictas Societas Artium, five aliquam earum, regimen & gubernium etiam uniendo, & dissolvendo, transferendo, aut quovis alio modo disponendo, perpetuo valere, & validitatem obtinere: nec id aliquo modo infringi posse etiam per viam appellationis seu alterius cuiusvis reclama tionis & recursus: quodque non possit etiam impediti sub quovis prætextu appellationis, seu alterius cuiusvis reclama tionis, & recursus aut melioris revisionis vigore quarumcumque inhibitionum, a quocumque Tribunal, etiam Urbis, emanatarum ad id, quod sic fuerit ordinatum & decreatum, sed statim executioni demandari debeat, sicut per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cui libet quavis alter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate judicari & defini ri debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus & declaramus; Ulteriusque inhibemus, etiam sub pœnis & censuris in privilegiis dictis Artibus respective concessis, eo ipso in casu contraventionis incur rendis, ne post hac aliquis quavis præfulgeat Dignitate, five Vexillifer fit, five ipsem Gubernator, vel etiam Legatus, aut Prælegatus, aut quisvis aliis, audeat,

Littera Gre gorii XV.

Jus cognoscendi causas ad Officiales Uni versitatum spectantes Vexillifero Civitatis asserturna

Bullarii Rom. Contin. Pars VIII.

Bb 2

nec